

deritis tantā vim habet: ut quis recenti gladiato ris uulneri illigata sanguinē claudatur. Quod facit & ferulæ cinis uel carbo. Fūgus uero etiam efficacius: qui secundū radicem ei⁹ nascitur. per nares autem fluenti & cicutæ semen tritū ex aqua inditumq; efficac habetur. item stephanōelis: ex aqua betonica farina e lacte caprino pota sistit ex ubere fluentē. plātagoq; contusa. Eiusdem succus uomētib⁹ sanguinem datur. ad erraticū autem radix persolata: cū axungia uetere illita. potatur a ruptis conuulsis & ex alto deiectis cētauriū maius. Gentianæ radix trita uel decocta uel succus betonica. Et hoc amplius addo. iocineris aut lateris contortionibus. panaces scordion aristologia pota cū agarico. itē contusis & euerfis potū duobus obolis in mulsi cyathis tribus. Aut si febris sit in aqua mulsua uerba scū: cuius flos similis auto ē. Acori radix Aizoū omne. Sed e maiori succus efficacissime. item symphyti radices uel decoctū. Daucum crudum. Erythale est flore luteo foliis achanti. Bibitur e uino. item chamerops: & in forbitiōes irio uel plantago omnibus modis. item phthirasi. quo Sylla dicta tor consumptus est. nascuntur quoq; ī sanguine ipso hominis aialia exesura corpus. Resistitur uua taminia succo aut ueratri cū oleo perunctis corporibus. Taminia quidem in aceto decocta etiam uestes eo tedio liberat.

De ulceribus: & ad plagas: & de polycnemo. Cap. xv.

Ulcera multoꝝ sunt generū: ac multis modis curantur. panacis oium generum radix ex uino calido illinitur manantibus. Siccatur priuatim quam chironiam diximus. Cū melle trita tubera aperit: uiceribusq; quæ serpunt. Deploratis auxilio est cū æris flore uino tēperata oib⁹ modis uel flore uel semine uel radice. eadem cū polēta uetustis uulneribus prodest. Heracleo quoq; siderēon. Apollinaris. psylliū. Tragacātha. scordotis cū melle purgat farina eius carnis excrescentes per se insparsa consumit. polemonia ulcera: quæ cacoethe uocant sanant. Centauriū mai⁹ ispatsum uel illitū. item minoris coma decocta uel trita uetera quoq; ulcera purgat & psanat. soliculi climeni recentibus plagis imponuntur. illinitur autem gentiana ulceribus quæ serpūt radice tusa uel decocta in aqua ad melis crassitudinē: uel succo uulneribus: ex ea factū lichii. lysimachia recētibus plagis medetur. plantago omniū generū ulceribus: peculiariter scēminarum senum & infantium igne mollita melior: & cū cæroto crassa ulcerū labra purgat. nomas sistit. & tritam suis foliis iteger oportet. suppurationes: collectiones: sinus ulcerum. Chelidonia quoq; siccatur ulcera adeo: ut etiam pro spodio utant eadē iam desperatis cū axungia imponitur. Dictamū pota sagittas pellit: & alia tæla extrahit illita. bibitur ex aqua cyatho folioꝝ obolo. proxime pseudodictamū. Vtraq; etiam suppurationes discutit. aristolochia quoq; putrida ulcera exest. Sordida expurgat cum melle: uermesq; extrahit. itemq; clauos in ulceribus natos. & infixa corpori omnia: precipue sagittas & ossa fracta cum resina. Caua uero ulcera explet per se. & cū iride recētia uulnera ex aceto. uetera ulcera uerbenaca quinquefoliū cum sale & melle. Radices persolatae uulneribus ferro illatis recentibus iponunt: folia ueteribus. Cū axungia utraq; & suo folio operitur. Damasoniū autem & i struma. Folia uerbasci ex aceto aut uino. peristerios ad omnia genera uel callososq; putrescentiumq; ulcerū facit. manātia nymphae heraclia radix sanat. item cyclamini radix uel per se: uel ex aceto: & cū melle. eadem & contra steatomata efficax sicut ad ulcera manātia hysoḡ. itē peucedanū cui ad recentia uulnera tāta uis ē: ut sanie ossibus extrahat. præstant hoc & anagalides: cohibētq; quas uocant nomas: & rheumatismos. utiles & recentibus plagis: sed præcipue senū corpori. Cum cæroto apostemata & ulcera tetra folia mādragoræ recentia. Radix uulnera cū melle aut oleo. Cicutā cōsiligini mixta mero: aizoū herpetas quoq; & nomas ac putrescētia: sicut erigeron uermiosa. Recentia autem uulnera astragali radix: & uetera quoq; ulcera purgat hypocistis utraq;. leontopodii semen tritū in aqua & cū polenta illitū spicula sagittarioꝝ extrahit. item pycnocomi semen: tithymallus. Characite succo gangrenas phagedenas putria: uel decocto ramorū cū polenta & oleo. orchis radices. hoc amplius & cacoethe ex aceto cū melle sicca & recētes per se uulnera onothera efferentia sese sanat. Scythæ uulnera scythica curāt. ad catcinomata argemonia ex melle efficacissima ē. uulneribus præsanatis asphodeli radix decocta ut diximus: trita cū polenta & illita. Quibuscūq; uero apollinaris. astragali radix in puluerē trita humanis ulceribus pdest. itē callitrix decota in aqua priuatim uero iis quæ calciamento facta sint uerbenaca. Necnō & lysimachia cōtrita. ac nympha arida infricata. polytrix iueteratis iisdē utilior. pollicemō cū ilæ bubulæ similis ē. semine pulegii surculosas multis gēiculis corymbo odorata acri & dulci odore: q̄ ferro factis uulneribus cōmāducata iponit: quinto diē soluit. symphytō ad cicatricā celerime pducit itē syderiti s. hæc iponitur ex melle. uerbasci semine ac foliis ex uino decoctis ac tritis oia corpori ifixa extrahūt itē mādracore foliis cū polēta. cyclāini radicib⁹ cū melle. Trifagis folia ī oleo iis maxie adhibēt ulcerib⁹: q̄ serpūt. & alga ī melle trita. Betonica ad carcinōata. melādras: ueteres addito sale: uerrucas tollit argemonia ex aceto uel battachii radix: q̄ & ūgues scabros aufert

personatis